

In imaginem puelli IESV, caput serpenti-  
tis pedibus conterentis.

Genesis 3.

Semen mulieris conculcabit caput serpenti-  
tis, &c.

**P** Ver quis iste? Iesus est.

Quid Iesus est? Redemptor est.

Matth. 1.

Quid est Redemptor? è Stygis

1. Pet. 1.

Palude, qui suo reos

Lytro potenter asserit.

Cur nudus est? egenus est.

Cur est egenus? ut bonis

2. Cor. 8.

Nos ditet ipse pauperes.

Egenus iste pauperes

Nos ditet? eaq; carcere

Egenus iste diuitis

Plutonis asserat reos

Redemptor? Imò cœlicis

Nos ditat usque dotibus.

1. Ioh. 1.

Lytroq; sanguinis sui

1. Pet. 1.

Ab infera tyrannidis

Palude nosmet eripit.

Cur calce colla vipera

Calcat? Draconis inferi

Sic calce colla proterit.

Genes. 3.

Sed huius ore quid suo

Cal-